Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

121.

vindas; manseique apud eos diebus multis, -- et provinciam Bajoariorum, Odilone duce consentiente in quatuor diversas parochias (idest, diœceses, quæ olim passim parochiæ dicebantur. Vid. Feschius sec. VIII, ann. 135) quatuorque his partibus præsidere fecit Episcopos, quos ordinatione Sedis facta in Episcopatus gradum sublevavit. -- Joannes, in oppido, quod dicitur Salzburg -- Erembrecht Frisingensis Ecclesiæ -- Goibaldus Ecclesiæ civitatis Reginæ -- Virilo super Patavienſem Ecclesiam sacra indagationis obtinuit dignitatem. Ast ubi Sabionensis, quæ et ipsa magnam Boiæ ditionis partem conzolectebatur? Nempe sedes episcopalis Sabio Longobardis tunc subierat: nec quidquam circa eam hanc diœcesin disponere opus erat.

/ Ecclesiæ

119) Fredegarius Contin. ~~auctus~~ in Append. ~~Vid.~~ apud Pagium ad an. 741.

120) Arenpeckius l. 2, c. 23, seq apud Brunnerum, hanc regiti tuli usurpationem belli occasionem fuisse scribit. alii nuptias Hiltrudis cum Utilone, invitis fratribus Carolomanno et Pipino contractas, belli fomitem ministrasse credunt; ego utranque causam concurrisse, crediderim.

Ceterum de S. Carolomanni mirabili conversione ad S. P. Benedicti ordinem et monasterium Cassinense, et reliqua gesta vide apud Radernum Bav. S. II vol. II.

121) Paulus Diaconus l. 6, c. 58 ~~Ep.~~ ~~Hist. Langob.~~ Vid. Baronius, Pagius, et Mansius ad an. 744. Anastasius Bibliothecarius in Hist. Sigebertus Chron. ad an. 749. De Utilonis Ducis obitu et Thassilonis successione Vid. Adelzreiter Annal. Boic. p. I, l. 7, et Meichelbeckius Hist. Fris. in Erembero 85.

/ Annalista Metensis apud ~~Pertzium~~ Harsfizium t. 1. f. 139. Germ. S. ~~Pertz Scr.~~ sec. VIII. S. 34, ubi Utilo jam anno 748 defunctus fuisse fertur. Contra Bern. Noricus Chron. Bav. ejusdem Utilonis mortem refert ad an. 765.

122) ~~Paulus Diaconus Lib. 6.~~ Annales Francici Pithœo editi. Aimoinus Hist. Eginhardus in vita Caroli M. aliique.

123) Fredegarius Continuatus in Append. ubi: Hæc cernens Astulfus Rex Longobardorum omnes Longobardos armare præcepit, et cum omni exercitu suo super eos (Francos) audaciter venit. --- Astulfus Rex Longobardorum læsum cernens exercitum suum, terga vertit, et pene omnem exercitum suum, quem secum adduxerat, tam Duces, Comites, et omnes Majores natu gentis Longobardorum in eo proelio amisit.

124) De translatione S. Valentini ex Majo Tridentum, Stribeis in vita S. Corbiniani c. 39: A Longobardorum gente corpus Beati Valentini Confessoris Christi de eodem Castro (Majensi) ablatum fuerat, et in Tredentiniam urbem deportatum. Anonymus ~~Passaviensis~~ Bernardus Noricus in Chron. Bav. Anno DCCXXXIX Hugwertus obiit, cui Utilo successit. Hic (Hugwertus) S. Corbinianum apud Magense castrum sepelit. Circa hæc tempora Longobardi S. Valentinum Episcopum in Tridentum de Magense transtulerunt. Etsi Bernardus annum translationis minime determinet, sunt tamen, qui ipso anno 739 eam ~~facta~~ contigisse credunt. Quo ~~quo~~ tamen non sequitur Roschmannus